STATVTA, CAPITVLA,

ET PROVISIONES CIVITATIS DERTHONAE IN LIBRIS SEPTEM, CVM

Additionibus factis, & cum Statutis collegii Mag. Dominorum Iudicum, & Aduocatorum dictæ Ciuitatis, & aliis Ordinibus, & Decretis pro regimine bono eiusdem Ciuitatis, Diſtrictus, & Comitatus editis. Quorum locorum tam diſtrictualium, quàm Comitatenſium, & in Comitatu eiusdem Ciuitatis exiſtentium nomina ſunt prout infrà, uidelicet,

LOca Caſtellariorum de Ponzano, & de Iximbardis.
Turris Caldariorũ, ſiue Sterponorum.
Montis Biſagii.
Vuo.
Vezani.
Bozoleti.
Vbaſilii.
Fraſcheti cum omnibus ſuis capſinis.
Abbatiæ, & Capſinarum Ripaltæ.
Bubiani.
Roſani.
Caluenzanæ.
Scorticæ Vacchæ.
Caſtri Montis merli, ſeu Tenſionis.

QVAE OMNIA LOCA VOCANTVR corpora ſanctorum dictæ Ciuitatis.

Loca, Romagnani.
Villæ Romagnani.
Reducti.
Corniliaſchæ.
Foſſaghelli.
Boſcheti Cornigiæ.
Montalis.
Cereti.
Paternarum.
Fontis.
Montis Gualdoni.
Rocchæ Golubris.
Celeris.
Montis belli.
Palenzonæ.
Auolaſchæ.
Caſtri Ramei.
Oliuæ.
Montis Merſini.
Reguardiæ.
Puteoli Groppi.
Groppi.
Scrimignani.
Zebedaſſii.

RVBRICA DE BLAVA PORTANDA pro paſtura beſtiarum.

Item ſtatuerunt, prouiderunt, & ordinauerunt, non obſtantibus capitulis communis Terdonæ, quæ ſunt ſub Rubrica de blaua nõ extrahenda, & ſub Rubrica de uictualibus non extrahendis; q; quælibet perſona undecunque ſit, ducens boues, uel beſtias ſommarias pro ducendo furmentum, blauam, millium, uel legumina, uel ſalem extra ciuitatem Terdonæ, territorium, & diſtrictum eius ſecundum formam capitulorum, uel euntes extra dictam ciuitatem, territorium, & diſtrictum pro accipiendo prædicta, & ea conducendo ad ciuitatem Terdonæ, poſſit, & ei licitum ſit pro paſtura prædictorum bouum, & beſtiarum prædictarum portare pro una uice, & una die, & nocte tantùm ſtarium unum ſpeltæ, uel auenæ pro quolibet pario bouum, & quartarios duos ſpeltæ, uel auenæ pro qualibet beſtia ſommaria, liberè, & impune.

MEDIOLANI,
Apud Valerium, & Hieronymum fratres
Metios. M' D LXXIII.